

nu.63. Surd. conf. 60. n.22. in princ. Rot. decif. 434. n.14. coram Papa Gregor. XV. & in Cremonen. Pen-sionis 23. Junii 1623. coram Ubaldo. Prædicta autem eo magis procedunt, quia testes pro amicis exami-nati, & vigore remissoræ, eisdem concessæ, con-cludenter non probant fructus perceptos ex dicto prædio non ascendere ad dictam rationem quinque pro centenario, ut erat necessarium, Rot. de-cis. 272. n.17. part. 5. rec. Fanen. prædi 1. Junii 1643. coram dicto D. Præside, & dum cadit controversia super quantitate fructuum, qui jam fuerunt percep-ti, necesse est, quod testes deponant fuisse præ-fentes recollectioni, ut eorum dicta sint atten-den-da. Bald. in l. circa fin. C. de fruct. & liti. expens. Natt. conf. 510. cum Universit. Ticinetti, n.4. & ibi, & respondet per Testes, & conf. 563. Memor sum n.5. ibi, ideo debet clare probari, Mafcard. de probat. concl. 817, n.5. Rot. dec. 144. n.2. ibi, quia non dicunt, &c. part. 4. tom. 2. rec. Buratt. dec. 875. n.1. secus verò 10 est respectu fructuum percipiendorum, & qui tanquam incerti, & difficilis probationis ex solis conjecturis, & presumptionibus probantur, l.3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, & ita distinguit idem Natt. dicto conf. 510. sub eod. n.4. ibi percipiendi. Et ideo in hac partita creditum illorum de Ferris, rema-net in dicta summa scut. 12548.

Quoad quartam partitam scutorum 324. 80. pro pensionibus domuncularum, & ad summam scutor. 630. pro censu cum Communitate Maf-facci, approbata fuerunt fundamenta dictæ ultimæ decisionis; ordinarunt tamen Domini ad creditum illorum de Amicis, esse apponendas nonnullas partitas.

Prima enim partita deducitur ex residuo pretii d. prædi Cimarellæ, quæ consistit in scutis 2850. quæ fuerunt investita in tot censibus pro caute-la emptori ejusdem prædi, ut appareat ex summa-rio dato in propositione hujus causa ab ipsi de Amicis sub die 14. Januarii præteriti sub n. 22. ubi ad-notantur nomine venditorum, & emptiones cen-sum in dicta summa scutorum 2850. qui fuerunt posselli per Ludovicum Ferrum patrem, & au-torem istorum filiorum, à quibus nunc pariter possidentur, nec ab ipsis controvertuntur. Unde cum dicta scuta 2850. fuerint ergo in utili-tatem eorumdem pupillorum, ab illis tutor, & five ejus hæredes, jure actionis possent repetere, l. 1. in princ. ff. de contr. & util. act. Tuel. five in acti. Tuel. ead. l. s. & actio five in act. neg. gest. ff. de neg. gest. Surd. de alim. tit. 3. qu. 7. n. 1. & tit. 6. qu. 14. n. 4. vers. ubi dicitur quod Tutor, Cephal. conf. 674. num. 4. & 5. Cuman. conf. 88. vers. cum primum, Surd. conf. 296. n. 3.

Secundo loco existimarent Domini ad credi-tum istorum de Amicis, esse apponendam sum-mam scutor. 1800. occasione dotis aucta à Tuto-re Barbaræ filiæ Testatoris; Quia, licet in deci-sione qua revidetur sub §. replicabatur vers. quoad dotem: firmetur, dotem eidem Barbaræ confi-stam, in summa scutor. 3000. fuisse congruum, ut à Patre destinatam, tamen pater non simpliciter, & determinatè eandem dotem constituit, sed ultra dicta scuta 3000. facultatem concessit Clericæ Ma-tri dictæ Barbaræ, & Marcello patruo illam mi-nuendi, & augendi, ut appareat ex summa illo-rum de Amicis dato in prima propositione hujus causa sub 14. Januar. præteriti n.10. lit. B. ibi, D. Barbaræ, &c. pro ejus dote scut. 3000. plus, & 12 minus & arbitrio dictæ D. Clericæ, ac Marcelli, quæ quidem clausula importat arbitrium boni vi-ri, l. fideicommissaria libertas, ff. de fideic. liber. Bart. in l. si sic ff. de leg. 1. Felin. in cap. 1. n.51. de con-

sult. Afflct. dec. 371. n.8. Unde cùm dicta dos fue-rit à dictis Clericæ, & Marcello, M. Antonio ab-sente, pro quo de rato aucta vigore præfata fa-cultatis & dicitur, potius declarata, quam de novo 13 constituta, ut per Rot. decif. 58. nu. 4. part. 5. rec. Romana de Cincis 5. Junii 1604. coram bon. mem. Card. Millino, Maceraten. censu 1. Februar. 1638. coram Eminentissimo D. Cardinali Verospio 21. Ju-nii 1641. coram R. P. D. meo Rojas, & 18. Junii 1642. coram R. P. D. meo Ghislerio, eoque magis, quia dos sic aucta fuit conveniens conjugibus, stante eorum nobilitate, & consuetudine loci, ut deponunt testes, dicto sumario de Amicis n.11. Et ipsis circumstantiis concurrentibus, dos augeri-bene potuit, cum congruitas dotis & metiatur à 14 qualitate conjugij, & consuetudine loci juxta. Text. in l. quero. ff. de jur. dot. l. si filia Pater ff. de leg. 3. Bald. Novell. de dot. 5. par. privil. 16. Caflan. de consuetud. Burgund. des successions femme Mariæ rubr. 7. §. 12. vers. & advertendum, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 21. num. 4. vers. 3. 4. & 6. Fulgos. confil. 32. ex fatto vers. & notandum, Fusar. conf. 20. n. 6. vers. ad hoc arbitrandum, Thesaur. dec. 192. n. 1. & 2. Imò, quod plus est, Tutor poterat etiam cogi ad talem dotem constituendam, ut firmatur in d. dec. 192. n.8. vers. & quamvis; & dum Marcus Antonius dotem con-stitutam in scutis 4800. à Clericæ & Marcello, Ex-eutoribus factam approbavit, Tutor nomine, & 15 & uti administrator non intelligitur dictam do-tem de proprio constituerre voluisse, sed de bonis pupillorum, quæ administrabat, Bald. in l. ult. nu. 12. C. de dot. promiss. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 3. glos. 6. part. 1. n.39. & seq. Mantic. de tacit. eodem lib. 12. tit. 19. n.5. Menoc. conf. 771. n.8. vers. l. adducitur ratio, Caval. decif. 318. n.5. Romana de Cincis 5. Junii 1604. coram bon. mem. Cardinali Mellino Maceraten. Censu 21. Junii 1641. vers. ex eo coram R. P. D. meo Rojas, & ad effectum, ut administrator ex constitutione dotis excessivæ & teneatur de suo in excelsu, requiritur 16 probatio dotem fuisse excessivam, & simul copula-tivæ dolus, l. cum post §. sed is. ff. de admin. Tut. Bald. Novell. de dot. part. 6. priv. 45. n.2. Lopez, membr. de donat. inter virum, & uxorem §. 66. sub nu. 16. vers. secus crederem, Barb. in l. 1. ff. solut. matr. part. 5. n. 149. in fin. qui excluditur ex capitulo matrimonialibus cum hac dote firmatis in-ter supradictum, & supradictam, cum auctoritate dictorum Executorum.

Fuerunt pariter ad favorem eorumdem de Amicis, ex computata expensa nuptiales, & quæ sunt de appendicis dotis, & necessariæ, nec possunt prætermitti sine dedecore, Rolan. à Valle, de lucr. dot. qu. 50. Paris. conf. 95. nu. 12. lib. 2. Curt. jun. conf. 129. in fin. Gabr. conf. 111. nu. 5. lib. 2. Rot. decif. 556. nu. 2. part. 1. divers. & decif. 30. nu. 27. part. 7. recent. Quantitas autem hujusmodi expensarum probatur per testes examinatos ab ipsis de Amicis, eorum summa-rio præterita positionis sub dicta die 14. Januarii n. 12. in summa scutorum 300.

Habita etiam fuit ratio impensarum factarum pro victu, & salario famulæ, Pædagogi, & fa-ctoris, qui pupillo verè infervierunt, ut probant testes relati in summa eorumdem de Amicis n.14. & seqq. & num. 26. quæ expensæ cùm maximam habeant verisimilitudinem sunt admittendæ, Soc-cin. sen. conf. 82. incip. in causa vertente inter fraternitatem num. 22. vol. 4. Mafcard. de probat. concl. 719. nu. 6. Surd. de alim. quest. 39. n. 9. ibi & passim diximus; & probantur per Testes, &

admit-

admittuntur Domestici, ut firmat idem Mafcar. concl. 721. nu. 1. maximè cùm agatur de præsta-tione alimentorum, & quæ præsumuntur præ-fita ab eo, penes quem pupillus invenitur, Mafcard. de concl. 716. num. 1.

Salarium, & victum famulæ testes examinati pro Amicis, dicto eorum sumario n. 14. probant importare scuta 30. annua, unde ab anno 1579. quo suscepta fuit tutela de mense Martii, usque ad annum 1607. quo illa dimissa fuit, consti-tuant summa scutorum 900.

Quod autem personæ nobili debeant præstari alimentera, etiam pro famula, patet; & nam Nobilis sine dedecore non potest lordida per se ipsam ex-pedire, l. Tutor secundum Dignitatem, ff. de admin. Tutor. gloss. in §. fin. in vers. onera in auth. de non elig. Jecun. nub. ubi Bart. hoc notat Imol. & Alex. in l. si maritus, ff. solut. matr. Surd. de alim. quest. 39. num. 4.

Respectu autem salarii factoris ruralis pro præ-dio Cimarellæ, & à dicto anno 1579. usque ad an-num 1596. de mense Auguſti quod illud fuit alie-natum in compagno testes varie deponunt, ut

apparet ex sumario eorumdem de Amicis primæ positionis nu. 15. Primus enim testator in civitate Macerata esse solitum, & consuetum salaryum con-ſtitui in summa scutor. 50. vel 55. cum victu quo-libet anno. Secundus testis taxat dictum salaryum in 25. vel 30. Julii, quolibet mense ultra victum. Tertius loquitur de facto proprio, & constituit summa hujus salarii in scutis 30. & 36. ultra victum. Quartus in scutis 50. Stante igitur dicta vari-atione fuit constitutum dictum salaryum in scu-tis 45. quolibet anno unà cum victu, attenta de-

positione testis de facto proprio & deponit, qui concludenter, & plene probat, & magis ei quam aliis credi debet. Bald. in l. si quis Decurio in 4. oppositione, & ibi Salicet. de falsit. Crot. in tract. de testib. in 6. part. princ. Gabr. eod. tit. concl. l. n. 18. Aym. conf. 99. n. 6. Rot. in Nicien. liqui-dationis fructuum 28. Martii 1639. vers. quo vero;

& in Romana census 19. Decembri ejusdem anni coram bon. mem. Pirovano. Unde ab anno 1579. usque ad annum 1596. dictum salaryum ad dictam rationem ascendit ad scuta 790. facultas enim Tu-toris & eligendi factores pro gerendis, & curandis negotiis pupilli, & minoris, & eis ex bonis pu-pilli constituendi salaryum firmatur per Bart. in leg. cum ad quamlibet Cod. de cond. in pub. horres lib. 10. Carroc. de locat. tit. de admin. tut. q. 3. n. 40. Cavalc. de tut. n. 211. Guttier. de tutel. lib. 3. cap. 2. n. 20. Munoz. de rationi. admin. cap. 27. n. 35. vers. affirmet posse constitu-iūtum Procuratorem, &c. Menoch. conf. 228. n. 26.

Salaryum verò, & victus Pædagogi à dicto anno 1579. usque ad mensem Martii anno 1607. ascen-dit ad scuta 1132. ex uniformi depositione quinque te-tium ad rationem scutor. 40. quolibet anno summa-

rio eorumdem de Amicis n. 16. cùm tamen duo & soli sufficerent concordantes, l. ubi notamus, ff. de testib. cap. in omni eod. tit. & licet in d. decif. sub 17. Martii 1645. in hac causa emanata, sub §. est etiam detrahenda vers. quoad alias expensas firmetur ap-pellatione alimentorum venire etiam expensas studii. Tamen quia Tutor non solum Præcepto-rem debebat constitutere verum etiam ad hoc ex legis necessitate astringebatur, & si liberalibus artibus pupillum & exornare non fecisset, in culpa diceretur in tantum, ut adversus illum jurari pos-set, quod non jure administraverit. Text. in l. cùm pluries, §. cum Tutor, ff. de admin. tut. ibi, mercedes Præceptorum non quantitas minima potuerit, sed pro quantitate patrimonii, & dignitate natalium consi-

tuet. Plot. in leg. quandam 225. C. unde vi, secun-dum antiquiorem impressionem, in §. 5. n. 24. Ca-valcan. de tutor. sub n. 275. Roman. conf. 225. Ideo quicquid Præceptoribus sub titulo salarii & præssi-tum fuit in calculo notandum venit ad favorem Tutoris, l. alimenta C. de neg. gest. l. cum pluries §. cum Tutor. ff. de admin. l. 2. C. de alim. pupill. præstan. Plot. in l. si quando n. 270. C. unde vi Muñoz. d. tr. c. 37. §. præterea, Surd. de alim. q. 39. n. 9. ibi, qui solvit mercedem Magistris, Menoch. de arbitr. cas. 173. n. 4. Roman. conf. 225. quid primum, Cephal. conf. 674. n. 4. ibi, de disciplinis lib. 5.

Aliam quoque partitam censuerunt Domini es-ſe apponendam ad creditum eorumdem de Amicis, nempe scut. 300. impensa pro constructione Capellæ & ex præcepto Testatoris, ut appareat ex 26 eorum sumario nu. 10. & 13. cùm non sit conve-niens, quod Tutor damnum patiatur, dum mentem Testatoris adimplevit, ex quo adimplemento fa-milia illorum de Ferris, magnum decus recipit, & cùm mandatum præcesserit, Tutori aliquis dolus imputari nequit, qui propterea dicta scuta 300. repete-re potest. Text. in l. si quis alii §. impen-dit. ff. mandat. Soccin. sen. conf. 87. n. 9. ibi, ex quo præcessit mandatum, & vers. maximè tom. I. Soccin. jun. conf. 148. n. 16. & 18. tom. pariter 1. Magon. decif. Florentina 1. num. 40.

Ex credito igitur illorum de Ferris, sub dicta die 17. Martii 1645. calculato in scutis 29881. sunt detrahendæ infra scriptæ partitæ videlicet.

Scuta 2275. occasione fructuum prædi Collis, qui hodie calculantur ad rationem scutorum 25. annuorum.

Scuta 14341. pro pretio prædi Cimarellæ; uti validè alienati.

Scuta 2850. ex residuo dicti prædi erogata in tot censu, ad favorem pupillorum.

Scuta 1800. pro augmento dotis Barbaræ.

Scuta 300. pro expensis nuptialibus.

Scuta 900. pro salario, & victu famulæ di-ctæ Barbaræ.

Scuta 790. pro salario factoris.

Scuta 1132. pro salario, & victu Pædagogi.

Et scuta 300. pro constructione Capella.

Quæ omnes partitæ simul conflatae constituunt dictam summa scutor. 24546. Unde illis detra-hitis ex dictis scutis 29857. 70. creditum illorum de Ferris, remanet in scutis 5169. 70.

Et ita, &c.

D E C I S I O X X V I .

R. P. D. CORRADO.

In causa Maceraten. Salviani.

Luna II. Martii 1647.

S U M M A R I U M .

1. Immisso ex utili Salviano ex quibus con-ceda-tur.

2. Sententiæ verba intelligi debent prout juri con-venit.

3. Confesso marii dotis receptæ, matrimonio con-ſante emissa, quando efficaciter dicatur.

4. Dotis confititio in pecunia, non alteratur per satisfactionem in alia re, aut emptione prædi-ii, ex pecunia dotali.

5. Hypotheca specialis non est excutienda, ubi adest

- adest obligatio in forma Camerali. Amplia ut num. 6.
- 7 Immisionem non retardat exceptio dubia.
- 8 Praescriptio viginti annorum obstat Salviano, declara ut nu. 9. Existenti in mala fide non suffragatur, n. 10.
- 11 Debitor non potest solvere posterioribus, quando scit adesse anteriores; solvens posterioribus sibi imputet, n. 15. Solvens cum cautione repetit, num. 16.
- 12 Retentio datur solventi premium creditoribus, declara ut n. 13.
- 14 Evitatio secura, ex natura rei, non praestatur ab herede; cum beneficio legis, & Inventarii non praestatur nisi pro iuribus hereditariis, n. 17.
- 18 Tutor bona pupillorum pro alienis debitibus obligare non potest.

Prolata in partibus Sententia, in Remedio utilis Salviani Interdicti pro filiis, & heredibus Emilie Moctiae de Compagnonis Creditoribus, in summa flor. 2650. residua dotis maternae contra DD. de Ciccolinis possessores praedi illis hypothecati, quæ visa fuit Rotæ nullitatis, & injustitiae vitio laborare, rationibus ad ductis in decisione coram bo. me. Coccino 29. Aprilis 1622. Cujus tamen impugnandæ facultas, quoad eorum creditum, ipsis fuit reservata in alia sub die 22. Maii 1626. coram eod. Hodie pertinet Actores, vigore commissionis Rotalis immisionem ex integro, quam DD. concedendam esse censuerunt, + quia creditum cum hypotheca justificatur ex publico instrumento, die 22. Aprilis 1580. celebrato, in quo Antonius Maria de Compagnonis eorum pater, confessus fuit ad instantiam Francisci Soceri solutam fuisse integrum dotem Emilie Uxoris flor. 5000. eamque restituere promisit sub hypotheca omnium ejus bonorum, forma Camerali, & juramento in processu fol. 34. & seqq. Rota penes sanct. me. Greg. dec. 491. n. 7. vers. creditum Dorotheæ ac seq. & bo. me. Buratt. dec. 728. in princ. vers. de credito nomine, & sub nu. 1. vers. hypotheca vero, ac Reverend. Urgellen. dec. 40. nu. 1. vers. quia de credito dotali cum hypotheca, & in recent. dec. 294. sub n. 1. vers. quia de credito part. 1. & dec. 669. sub nu. 1. vers. constat enim p. 2. & dec. 412. n. 1. vers. Ideo ac seq. & dec. 513. n. 2. vers. concurrent enim ac seq. p. 4. & sepè in aliis. Possessionem autem praedii, de quo agitur, fuisse penes Antonium Mariam post contractam obligationem praedictam non solum probant testes examinati, Bart. in l. stipulatio ista §. hoc quoque n. 2. vers. & glos. ac seq. ff. de verb. obligat. Rota penes bon. mem. Card. Seraph. dec. 1061. n. 1. vers. Et testis dicens, &c. ac Urgellen. d. dec. 40. n. 2. vers. de possessione autem, & in recent. dec. 539. nu. 2. vers. de Julii vero possessione part. 4. Verum etiam publicum instrumentum sub die 27. Junii 1590. quo tanquam hereditarium illius venditum fuit DD. de Ciccolinis ad effectum solvendi premium creditoribus anterioribus ejusdem, ac Imperiæ ejus matris, atque idea ab eis impugnari non potest, Rot. penes Buratt. dec. 153. sub nu. 2. vers. sicuti de habente causam ab aliquo, & dec. 243. n. 7. vers. confessio autem & dec. 728. sub n. 1. vers. Et uiri hereditaria & seq. & in Roman. pecun. 20. Junii 1614. coram bon. me. Pirovano in §. De primo extremo, Posseffio vero DD. de Ciccolinis de tempore incepti judicii, ac successivè causam habentium ab eis probatur ex eisdem testibus. Quibus accedit lis ipsa à principio suscepcta, & plures jam annos non levi cura, & impendio defensa, Buratt.

dec. 693. n. 5. vers. quæ ulterius. Urgellen. d. dec. 40. n. 5. vers. Et demum, & dec. 193. n. 4. vers. & demum, & d. dec. 669. n. 3. vers. patet ulterius pari. 2. recent. Mantentio in ejus possefione per eos petita, & obtenta prævia dict. dec. sub die 29. Aprilis 1622. Et repetita modo retentionis instantia ex iuribus cessis per credite, quæ antecedentem possessionem necessario supponunt, cum non nisi possidentibus competent, Card. Seraph. dec. 758. n. 5. vers. cum ageretur de retentione, & dec. 197. nn. 9. vers. & tamen retentio part. 4. divers. ac in recent. dec. 477. sub n. 6. vers. Verbum namque retinere part. 4. Buratt. dec. 221. num. 2. vers. quod Paulus dec. 466. nu. 2. vers. Item ex mandato, & dec. 566. sub n. 4. vers. quarti cum seq. & Urgellen. d. dec. 405. sub n. 6. vers. Ac deinde: Quibus concurrentibus negari non potest immisso ex utili Salviano interdicto, de quo in l. ff. de Salv. interd. ubi Bart. n. 1. & gloss. in l. 1. in verb. competit. C. de Precar. & Salv. Interd. Rot. d. dec. 728. n. 4. vers. quibus concurrentibus, apud Buratt. ad Urgellen. d. dec. 40. n. 6. vers. quibus concurrentibus, & in recent. d. dec. 294. sub n. 3. vers. Et sic cum constet part. 1. & d. dec. 669. sub n. 3. vers. bene dictum fuit part. 2. & dec. 347. nu. 1. vers. ex quibus ac dec. 407. nu. 1. vers. requisita enim Salviani ac seq. part. 5. & alibi.

Ea vero quæ objiciebantur pro parte Ciccolini visa fuerunt DD. non obstat.

Nam ad primum, quod Instrumentum crediti Actorum, fuerit vulneratum per Sententiam in partibus latam, die 8. Februarii anno 1591. quæ fuerunt pronunciati credite dotis maternae in summa flor. 2000. (jam soluta) & quoad reliquias flor. 3000. declaratum, nullum jus nullamque actionem ipsis competere. Responsum fuit quod Sententia illa non reprobatur simpliciter, ac absolutè creditum eorum, sed quoddam Instrumentum quietantiae, quod fuerat ad ejus probationem tunc productum, ut in ea legitur, ibi, quo vero ad alios florenos ter mille, de quibus in hypotheca, & quietatione producita per Aristeuum Janiculum Procuratorem dd. Heredum dicimus, sententiam, & declaramus nullum jus nullamque actionem competit, neque competere vigore d. quietationis in judicio producere dd. hereditibus, contra d. hereditatem, &c. Advertendum est autem duo fuisse celebrata instrumenta absolutionum, sive quietantias dotis praedictæ. Alterum scilicet die 15. Junii anno 1575. quo tempore floren. duntaxat bis mille fuerunt re ipsa soluti, reliqui vero accepitilati sub spe futuræ numerationis, ideoque eidem loco, notario, testibusque presentibus subsequuta fuit recognitio bona fidei Francisci Soceri, qui exposita facti veritate, promisit alios florenos ter mille, statutis diebus, persolvere. Alterum vero quod exactis jam dilationibus, factaque totius promissæ dotis solutione fuit celebratum d. die 22. Aprilis 1580. Sententia igitur illa referenda est ad praedictum antecedens Instrumentum quietantiae, cuius vigore certum est, quod pro ea summa non soluta, nullum verè competit, jus mulieri, neque ejus hereditibus, non autem ad posterius in hoc judicio postea productum per Galleanum Angelinum Procuratorem dictorum heredum, die 4. Februarii anno 1612. quod validum, ac efficacem est, nec reprobari potest sine evidenti lassione iustitia, ad cuius tamen normam verba ejusdem Sententia + intelligi, ac moderari debent, ita ut præ se ferant illud, quod juri convenit, & non contrarium, l. miles §. decem ubi DD. ff. de re jud. Anchar. cons. 6. Viso themate

themate questionis vertentis, nu. 7. vers. certum est autem. Card. Seraph. dec. 984. nu. 3. vers. quia sententia, & sa. me. Greg. dec. 74. n. 7. vers. non obstant verba Sententia, & dec. 176. n. 3. vers. quod est intelligendum, & in recent. dec. 123. n. 1. vers. & debet intelligi part. 2. ac dec. 65. n. 7. vers. ut dicitur & seq. Part. 7. Et ut minus quam fieri possit juri partium derogetur. Crav. consil. 188. sub nu. 8. vers. Rufus, Card. Mantic. dec. 66. sub num. 6. vers. Et Sententia.

Nec relevat quod hoc quoque posterius Instrumentum confineat confessionem mariti constante matrimonio emanatam.

Quia illa non est simplex verbalis generica, & indistincta, sed bene justificatur non solum ex praedicti promissione + Soceri in d. Instrumento recognitionis bona fidei sub die 15. Junii 1575. jurejurando, & camerali obligatione munito, & alia in capitulis matrimonialibus in antecedenti enunciata, quam etiam aliquiliter adminiculatur depositio Hieronymi Pellicani primi testis, idem tunc, publicè dictum fuisse afferentis: sed ex verificatione solutionis majoris partis nempe dictæ summa floren. 2000. quæ non revocatur in dubium, & aliorum 650. tunc realiter numerorum, coram Notario, & Testibus, ut ibi legitur: Ac specifica expressione aliarum partitarum, & censum in quibus singulæ fuerant investitæ; Quare merito visa fuit DD. efficac, ac omnino attendenda tam adversus maritum, ac ejus heredes, quam adversus credite, & causam habentes ab eis l. 1. ff. qui pot. in pign. hab. l. In contractibus §. sed quoniam ibique gloss. & DD. C. de non num. pecun. Afflct. dec. 402. n. 9. vers. & pro hoc & seqq. Crav. consil. 40. sub n. 1. vers. secundo, & sub n. 3. vers. quarti, cum aliis per Gabr. com. concl. lib. 3. de jur. Dot. concl. 4. n. 1. & 4. vers. secundo amplia. Natt. consil. 581. à n. 12. vers. tunc aliquando & seqq. Rota penes Mohed. dec. 2. nu. 2. vers. sicut tantum & seq. de confess. & penes Seraph. dec. 678. n. 10. vers. Præterea & dec. 795. n. 1. vers. cum enim, & sa. me. Greg. dec. 62. n. 6. vers. concurrerit etiam ac seq. & d. dec. 728. n. 1. vers. que juncta, ac Urgellen. dec. 409. n. 6. vers. stante quod ac seqq. per rot. & dec. 428. per tot. ac in recent. dec. 124. per rot. part. 2. & dec. 127. n. 2. vers. præterea part. 3. & dec. 15. n. 3. vers. Tertiò quod part. 4. & dec. 55. nu. 4. vers. pro qua facit ead. part. 4. tom. 2.

Minus relevat objecta excusio contra praeditos census, five illi dotalis censerit debeant, five specialiter mulieri hypothecati ex verbis in d. posteriore Instrumento adscriptis, ibi, cum hoc pacto inter ipsas partes solemnis stipulatione vallato, quod non possit dd. census, ut supra imposui retrovandi sine praesentia, & consensu praedicti Egit. Francisci cum sit de dote d. Emilie ad effectum, ut præseruenir.

Quia cum præcesserit Dotis promissio, & constitutio in pecunia, quicquid deinde traditum fuit pro ejus satisfactione vel ex ipsa pecunia emptum, + licet ab ipsis partibus appelleretur de dote, vel dotale, non ideo censetur jure fundi dotalis, nisi eam specialiter fuisse earumdem voluntatem, liquido constet, que non probatur ex hujusmodi pacto pro majori dumtaxat Soceri cautione, ac dotis affsecratione convento, Ceph. consil. 351. sub num. 31. vers. Item etiam & plur. seqq. Honded. consil. 41. sub num. 18. vers. nec praeditis obstant verba illa lib. 1. Rota in Rom. seu Interamen. fund. dotal. 20. Februarii 1589. coram bo. me. Card. Plat. & in Roman. success. & alim. 9. Junii 1606. coram bo. mem. Litta in §. fin. & in

Firman. præd. 10. Maii 1617. coram bo. me. Card. Vero p. in recent. dec. 476. num. 4. vers. non obstat part. 4. ac in aliis relatis Add. ad dec. sa. me. Gregor. 573. sub n. 16. vers. ita ut. Ideoque non prohibetur mulier, vel ejus haeres eligere pro ejus satisfactione bone sibi bene visa ex generaliter hypothecatis, ut fuit dictum in Rom. pecun. 12. Decembri 1605. coram bon. mem. Coccin. dec. 257. num. 4. vers. nec minus ac seqq.

Hypotheca vero specialis non impedit agere contra bona generaliter obligata, eorumque possesse, flante forma Camerali + in praedictis instrumentis apposita, quæ tribuit electionem creditori, rejecta excusione necessitate, Soc. consil. 24. sub num. 48. vers. quidam etiam lib. 1. Paris. consil. 103. sub num. 3. vers. secundò dicitur & seq. lib. 3. Ceph. consil. 439. nu. 24. vers. præterea & seq. Surd. consil. 513. n. 20. vers. non obstat itaq. Cæs. Barz. dec. 103. sub n. 29. vers. sicut etiam Afin. de execut. §. 7. cap. 7. Et hanc sententiam (quicquid alii senserint) sequuta est Rot. dec. 449. nu. 8. vers. minus facere videbatur part. 3. recent. & penes Buratt. dec. 441. nu. 8. vers. exceptio excusiones, ibique Add. referunt concord. & attestatur in præxi receptam, Scatil. de Salvian. inspect. 3. cap. 3. sub n. 87. in fin. & Castill. decil. 98. n. 3. vers. Item praeditus textus.

Quæ fortius procedit in hoc casu in quo ne dum non constat quod dicti censū remanserint in hereditate Antonii Mariæ, + imò contrarium resultat ex lectura Inventarii in quo non leguntur descripti juxta. gloss. fin. in l. cum de lege ff. de Prob. Rota decil. 707. sub nu. 1. vers. Inventarium enim part. 1. recent. Nec illos esse liberos, & expeditos, ita quod haberit possit sine litibus, atque dispendiis, quæ mulier, ac ejus haeres non tenentur subire, Castr. consil. 219. Vitis, & consideratis in fin. vers. sed eis alienatis lib. 1. Rot. dec. 472. num. 2. vers. nec obstat part. 1. divers. & penes Urgellen. dec. 145. num. 42. vers. ex quo, & dec. 212. num. 16. vers. & quando. & in Romana Dotis coram R. P. D. meo Ostobono 23. Junii 1645. in §. pen. & comprobant Rot. Gen. div. dec. 156. sub nu. 7. vers. sicut tamen ad hoc responsum & seq. Quinimò hoc ipsum prædiū, de quo agitur, ex speciali lege contractus cum Ciccolinis initi, fuit destinatum pro satisfactione creditorum anteriorum, quibus ideo emptores ex propria conventione obligati, vel eorum haeres frustra exceptionem hujusmodi opponunt, ad l. creditoris, ff. de dñs. pign. Angel. in l. 2. in fin. vers. potest etiam dici Cod. de pig. Surd. decil. 44. num. 9. vers. præterea & seq.

Secundum vero objectum de satisfactione ex bonis mobilibus hereditatis ejusdem Antonii Mariæ descriptis in d. Inventario confecto per Franciscum Moctium, tanquam tutorem dd. filiorum, die 5. Junii 1590. non justificatur, quia non constat ea bona ad eos tunc infantes pervenisse, neque de illis rationem ipsius redditam fuisse, quinimò Testes examinati pro obtainenda licentia vendendi d. prædiū Ciccolinis deponunt d. hereditatem magno ære alieno vires illius longè excedente fuisse gravatam, nec aliunde creditoribus satisficeri potuisse, quam ex venditione ejusdem prædiū, ex cuius pretio paulo post citatis aliis Creditoribus, Judex mandavit præfatis filiis satisficeri pro ea parte dotis maternæ, quam tunc probarunt fuisse solutam, ut legitur in d. Sententia lata die 8. Februarii 1591. Unde probabilius inferunt apud eos non remansisse alia bona in quibus satisficeri potuerint, sed potius à Credito-